



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniæ, 1527

VD16 C 4208

Ioannem Vicle[sum], eandem haeresim circa eucharistia[m] etia[m]
resuscitasse: qua[m] & Oecola[m]p[adius] & sui assectatores hac itidem
te[m]pestate renouare student. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

EVCHARISTIAE I. 4

reticis: qui pertinaciter in suo persistunt errore, aut in illū semel abiuratū relabuntur. que tamē postea ad improbā illorū coercendā peruicaciā: recte & utiliter sunt decretæ. Illis igitur legibus, seuerē in hæreticos animaduertentibus, nunc standum est: neq; priuilegium remissionis & ueniæ, uni indultum: est ab alijs is consequentiam & communem legem trahendum. Neq; quēpiam moueant Oecolampadij uerba: quibus in suo opusculo (de quo in sequente capite diffusior erit sermo) erroris huius infandi approbatorio, Nicolao papæ imposturam factam ait: cum Berengarium abiuraret anathematizare piam, ut inquit, sententiam, & asserere impiam coegit. Qui etiam conciliū Vercellense, Turonense & Romanum (in quibus dānata est Berengarii sententia) indocta & improvida blaterat: Ephesinumq; concilium, longe illis doctius fuisse asseuerat. in quo tamen eadē assertio etiā est cōfutata: ut postea ostendemus. Nam id hæreticorū propriū est, summos pontifices quī eorū dānarunt insaniam, floccipendere: & sacrosancta ecclesiæ cōcilia in euerسیونē improborū dogmatū ipsorū cōuocata, nihili facere. ut soli sapere credantur: & cæteros oēs, doctrinæ titulo præcellere. Est enim semper hæresi cōiuncta superbia: atq; in superiores inobedientia, & contemptus.

¶ Ioannem Viclesum, eandem hæresim circa eucharistiam, etiam resuscitasse: quam & Oecolampadius & sui affectatores, hac itidem tempestate renouare student. Ca. II.

DEinde circa annum ab aduentu domini in carnem, millesimum & quadringentesimum: Ioannes Viclefus multarum hæresum sator & propagator, hanc rursus

DE SACRAMENTO

Toannes
Viclefus.

impietatem nagantem ueram corporis dominici in eucharistia existentiam, penitus extinctam reuocauit in orbem, & quamplurimos ea peste uenosa contaminauit. Sed obuiatum est eius infantiæ, per exactissimam sacrosanctæ synodi Constantiensis censuram, quæ quinque & quadraginta eius articulos in sessione sua octaua, seuera castigatione damnauit, impietatis & uesantiæ plenissimos Quorum tres primi, ad hanc pertinent materiam: & erroris huius perniciosi fermentum continent. hoc modo. Primus. Substantia panis materialis, & similiter substantia uini materialis: manet in sacramento altaris. Secundus. Accidētia panis non manet sine subiecto: in eodē sacramento. Tertius. Christus nō est in eodē sacramento identice & realiter, in propria præsentia corporali. Fuerūt & ij dē articuli cum cæteris oībus, decreto apostolico. Martini papæ. 5, rursū cōdemnati, post cōsummationē prædicti Constantiensis concilij, oīno conformiter ad acta illius octauæ sessionis. ¶ Cæteræ hæc exitialem Viclefi doctrinā de sacrosancta eucharistia, doctrinali stilo copiose præclareq; cōfutaui uenerāndus pater & eruditionis eximie Thomas Vualden, doctor theologus & Carmelitane religionis illustre iubar, in ope suo præclaro de sacramētis, sub Mar. qnto, ædito, & post diligentē recognitionē ab eodē, approbato. Nepe a decimo septimo opis illius capite, cōtinuo progressu sine interpolatione ad caput usq; octogesimū sextum eiusdem uoluminis, tot sanctorū patrum sententijs, tot etiā sacrarū literarum testimonijs, tot denique rationibus elidit & cōuellit hæc trium adductore articulorū impietatem, ut nihil amplius requirendū mihi uideatur, ad omnimodā erroris illius ex-

Thomas
Vualden.

irpationem. Doctrinalem præterea determinatio-
nem, diuinæ scripturæ testimonijs, sanctorumq;
patrum & iuris pontificii autoritate multiplici
suffultam, sup eadem materia, catholice & uber-
tim conscripsit nostro seculo insignis eruditione
singulari uir, Gabriel Biel, in expositionis suæ su-
per canone missæ, lectione tricesimanona, & tri-
bus cæteris lectionibus proxime sequentibus.

Gabriel
Biel

Quæ profecto determinatio sufficere etiam debe-
ret cuique, pie in deum & sanctam ecclesiam affe-
cto, ad persuadendam huiusce rei ueritatem. Neq;
ipse post tam copiosa & recta aliorū scripta, ten-
tasset ea de re uerba facere, & calamus ad hæc
exaranda arripere, nisi hydra illa Lernæa incredu-
litate in deum & illud sanctū sanctorum, rursus
uirulentum caput extulisset orco, & sibila dirade-
disset, in multarū animarū exitium & perditionem.
Verū ut illa, clauo sinceræ ueritatis, telisq; ortho-
doxæ fidei & mucrone literario cõtundatur, cõfo-
diatur, ac iterimatur, mutuabimur a strenuis illis
duobus militibus interdum arma, & sagittas ex
illorū deprõptas pharetris iaculabimur in atræ ui-
rosæ illius hydre caput. Neq; uerebimur, & id
quoq; de nobis dici posse, q̄ sanctis apostolis dixit
æterna ueritas. Alii laborauerūt, & uos in labores
eorū introistis. ¶ Reduxit aut̄ hãc hydrã, seuera sa-
cro san. synodi Cõstantien. cõsura, & apostolici de-
creti autoritate (ut mō dictū est) penitus elisam,
denuo in orbē Christianū superioribus annis Ioan-
nes Oecolampadius cum suis complicibus potissi-
mū libri illius in publicū emissionem, cui titulum in-
scripsit de genuina uerborum dñi Hoc est corpus
meum, iuxta uetustissimos authores, expositione
Quem cum totum oculis perlustrassem, inueni in

Ioan. 4

5

Ioannes
Oecolam-
padius.

DE SACRAMENTO

eo ornatissimas uerborū phaleras ad concinhandū
mendacium & uerba dolosa. sanæ uero doctrinæ
religiosæq; pietatis nihil: imo plurimū erroris &
impietatis in deum atq; ecclesiam, sanctam Chri
sti sponsam, quā totam euertere nititur. Deprehē
di insuper & titulum prædictum fronti libri illius
præfixum: mendacē prorsus esse, & fucum oñta
re præclari cuiusdam opis, sed specioso uultu oc
cultare fallaciam, illorū more cauponū: q; hederā
exponunt ramumq; uirentē, quo designent bonū
uinum uenale. sed suis uasis nihil nisi uapam cōti
nent: aut acore corruptum, uenenoue illitum ui
num. qđ ementibus exhibentes: tristē illis inferūt
interitum. Non. n. genuina est illa uerborū dñi ex
positio, quam proponit Oecolamp. sed adulterina
& obtorta. Neq; iuxta uetustiss. autores (ut iacti
tat) eadem est dominicorū uerborū explanatio: sed
iuxta Berengarij & Vicle. insana deliramēta, quos
in hoc negotio magistros sequitur & duces erroris.

4 ¶ Quod ut dilucidius euadat oibus: attendendus
est præcipue scopus ipse, quo tendat oīs eius ser
mo, & totius illius operis cōtextus. Is autē est: ut
persuadeat oibus, illa dñi uerba. Hoc est corpus
meum. nō secundum rei proprietatē, sed per tro
pum quendam & figurate esse dicta. eaq; tantun
dem ualere: atq; si diceret. Hoc est figura corporis
mei, uel. Hoc significat corpus meum. Vt secun
dum priorem interpretationē, ibidem corpus su
matur nō pro ipsa corporis substantia & uitate.
sed tantummō pro symbolo siue signo corporis, ibi
dem minime pñtis, Iuxta posteriorem uero expo
sitionem: ab Oecolamp. assignatam (utranq; siqui
dem eaq; approbat & amplectitur: ut suæ asserti
oni consentaneam) uerbum est, nō substantiue ca

EVCHARISTIAE. I. 6.

piatur, sed significatiue: tantundemq; sonet, atq; significat. Et qm̄ magister sententiarum in quarti sui libri, distinctiōe 10. & duabus proxime sequētib; hunc perniciosum errorem perdocte & plurifariam refellit, improbens illos merito: qui hęc domini uerba: Hoc est corpus meum, uolunt in eodem prorsus sensu accipi debere, sicut hęc Pauli uerba ad Corinthi. Petra erat Christus, ubi manifestus est omnium confessione, tropus, clareque demonstrans: q̄ nequaquam simile putari debet esse iudicium de hac & illa propositione: quoniam diuersi omnino sunt generis, sugillat eundem Oecolampadius amaris conuicijs: consarcinatore sententiarum ipsum appellans, & gnomologum quē potius deberet pro assiduo illo labore, quo desudauit in uinea dñi per quadrifidi illius operis elucubrationem: præclaris extollere laudibus, ut et facit uniuersus doctorū uiroꝝ chorus, qui ingenue fatetur totam candidatorum theologiæ posteritatem plurimum illi debere: pro hoc ingenij sui monumento per celebri, studiosis relicto. Sed non demiretur quispiam has Oecolampadij contumelias: quas eructat in uirum, doctrina & pontificali dignitate spectatissimum, Petꝛ Lōbardum. Pro more siquidem id facit hæreticoꝝ, acerbis probris insectantium uiros eruditione illustres: q̄ insanijs eorū contradicere student & aduersari. magnamq; famæ suæ, honoris ac laudis accessionem factam putant: si alto supercilio cæteros contemnant atque fastidiant, quo gloriosius doctrinæ nomen apud imperitos sibi uendicent & arrogant.

¶ Porro summa assertionis Oecolampadianæ in prædicto libro contentæ: hæc est. Post uerba cōsecratoria a sacerdote rite prolata; nequaquam

Pet. Lombardus

1. Cor. 10.

”
”
”

¶ Impia
Oecolamp.
de euchar.
sententia

DE SACRAMENTO

sub speciebus panis & uini subsistere uerum corpus & sanguinem Christi in eucharistia. sed solummodo substantiam materialem panis & uini. sicut & ante illorum uerborum domini prolationem. ibidem suberat. Neque Christum ipsum re ipsa & corporali presentia ibidem adesse. post dictorum uerborum pronuntiationem: sicut nec ante. sic praesens affuit. Ipsumque solummodo ad dexteram patris. secundum corporis assumpti ueritatem. consistere astruit. & esse: nec alibi quam illic. querendum eundem esse aut adorandum. In sacramento siquidem eucharistiae (ait) tamen est Christus: uti in signo quodam & symbolo nobis relicto. ut conuenientes illud. reducamur in memoriam acerbae passionis eius. quam in cruce pro nobis protulit. feramur etiam hoc spectaculo in recordationem effusionis preciosi sanguinis domini. pro totius humani generis redemptione in hora amarissimae passionis eius. factae. Addit & hanc insaniam. quod Christus in coena nouissima nequaquam suum proprium corpus & sanguinem tradidit discipulis suis. secundum rei ueritatem & corporalem substantiam. sed tamen modo panem sacratum. quod esset monumentum sui corporis. pro ipsis in morte tradendi. quod uinum similiter sacratum. ipsidem tunc dedit. peculiariter ad illud officium. deputatum. ut esset memoriale & significatiuum sanguinis eius effundendi in remissionem peccatorum. panemque illum et calicem a Christo tunc apostolis traditum. solum figuram fuisse. uerumbramque & imaginem. sui corporis & sanguinis re praesentatiuum. ¶ Proinde per uicaciter inficiatur in sancto altaris ministerio panem & uinum reuera conuerti in sacrum corpus & sanguinem Christi. quod tamen uniuersa per orbem terrarum conficitur ecclesiae fidelium. Transsubstantiationis itidem

Impia Oe
colampa-
dij de Eu-
charistia.
sententia.

6

EVCHARISTIAE. I. 7.

nomen (sicut & rem ipsam) subsannat & abiicit. quod tamen ecclesia catholica pie & religiose suscipit. Rursum sicut substantiam panis & uini manere in eucharistia post consecrationem sacerdotalem autumat, sine corporali Christi presentia: ita et accidentia utriusque signi sacramentalis, suis tunc inherere subiectis & semper inesse perhibet. ridiculum id existimans & penitus explodendum, quod dicantur ibidem accidentia panis & uini sine suis subiectis existere. quod nihilominus sincera fidelium confitetur deuotio, & fides. Hæc est o candidi lectores, bella illa & egregia doctrina Oecolampadiana: in illo opere, tam præclari tituli fucis adornato, contenta. Quam si quis conferat ad tres illos articulos impij Viclefi, iam olim (ut diximus) damnatos, quid oro discriminis inter illam & hos inueniet? Ut persuasum habeant omnes, in Viclefo, & Oecolampadium tanquam rediuuium Viclefum, fuisse cum suo hoc libro, a concilio Constantiensi & Martino quinto, in spiritu condemnatum:

¶ Assertionis illius erroneæ de eucharistia, consecratorum, non modo anathematis censuram incurrere: uerum etiam infideles habendos esse, quod expressis catholicæ fidei articulis repugnent.

Cap. III.

Quam detestanda & abominabilis sit ea assertio, ab Oecolampadio rursum in orbem inuecta, quæ abnegat ueram sacri corporis dominici in eucharistia presentiam: demonstrant graues poenæ, ab ipso iure pontificio in hominibus temerarios assertores definitæ. Quarum una hæc est, quod sen

Errores
Oecolampadij circa eucharistiam.